

potici, Sudici, Quassouici, Hekkartici, Racouo, Yuance, Studlenec, Komissin cum foro et thabernarys, Nesseuo, Gothsalcouici, Kozlane, Malissici, Grideborici, Radmire, Igotici, Babici, Zmirk, Brod, Nemoyovici, Hozthacou, Dobrutoys, Naramce, Naboru, Lagmo, Trmaua, Lubane, Wahotici, Krisanouo, Bezthucici, Nagraadouo, Nazoholi, Dobrchouici, Hecleuici, Aldicouici, Wiprehtici, Stihouo, Hlumanne, Koiatino, VIII forum Brnen et thabernarium, centum denarios a moneta ad capellam sancti Benedicti XXVI.

Postquam vero beate memorie Udalricus dux migravit a seculo, filij superstitis Bratizlay fulgente potencia he ville addite sunt pro anima Rudolphi comitis: Brestani cum omnibus, quod debent rustici, Malomirici, Bznatici, Smilouici, Nebouidi.

Post obitum Wratizlai additum est Nmecino. Ipse vero dux Udalricus pro paupertate novelli populi, qui tunc in eadem solitudine locabantur, VI nummos pro decimatione instituit.

Dux vero Lutoldus eidem monasterio ex redditibus suis has villas obtulit: Micapi, Cracouici, Prelscici, Cretes, Starice, Rascouici, Pozdati, Ocrasseuici, Cemire, Pohuizdi, Graykouici, Gripouici, Kohirz, Kosuhouici.

Post obitum autem supranotati ducis filius eius Conradus dux has addidit villas: Dalessice, Hermanice, Strupessin, Nouoluski, Caknouo, Sedlatino.

Hec omnia ea condicione deo et sancte Marie obtulimus, ut nulla posteritas nostri generis nullaue potestas secularis a rusticis ecclesie datis de iure terre quicquam exigat, sed in usus ibidem famulancium pro futuro^a ipsa ecclesia cuncta perpetuo obtineat.

Hec autem ceperunt facere ab anno MCI^o, quando post obitum Bratizlay, qui expulerat eos de Moravia, et Boriuoy locato in Boemia, iterum rehabuerunt eam et in primis edificaverunt ecclesiolam sancti Benedicti in media silva locatisque fratribus nigri ordinis, ut predictum est, multa bona contulerunt eis. Quam ecclesiolam dedicat Hermannus Pragensis episcopus anno MCIII. VI. Idus Iulii.

a) 'futura' Hs.